Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Hec sacrificia nos quesumus deus potenti uirtute secretate mundatos ad tua festa adiuant purioresque uenire per eiusdem filium Per ipsum Qui salutem humani generis communio Erubescant et reuereantur simul qui gratulantur malis meis induantur pudore et reuerentia qui maligna loquuntur aduersum me Postcom. Prebeant nobis dne diuinum tua sancta seruorum: quo corpore pariter et actu delectemur et fructum Sup psalm Adiuua nos deus salutaris noster et ad iustitia recolendam quibus nos instaurare dignatus es tribue uenire gaudentes Nos autem gloriari oportet Ffia iii. Introitus Nos autem gloriari oportet in cruce dni nri ihu xpi in quo est salus uita et resurrectio nra per quem saluati et liberati sumus Ps Deus misereatur nri et benedicat nobis illuminet uultum suum super nos et misereatur nostri Flectamus genua. Orationes Omnipotens sempiterne deus da nobis ita dnice passionis sacramenta peragere: ut indulgentiam paradisi diebus illis Lectio ieremie ppte incremanur Beneuerit ieremias Dne demonstrasti mihi et cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum: et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victima: et ne cognoui quia cogitauerunt super me Nolite dicentes: mittamus lignum in panem eius: et eradamus eum de terra uiuentium: et nomen eius non memoretur amplius Tu autem dne sabaoth: qui iudicas iuste et probas renes et corda: uideam ultionem ex eis Tibi enim reuelauimus causam meam dne deus meus Gr. Ego autem cum mihi molesti essent induebam me cilicio et humiliabam in ieunio animam meam et oratio mea in sinu meo conuertetur V. Iudica dne nocentes me expugna impugnantes me apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium mihi